

TRANSCRIPCIÓ DEL TESTAMENT D'EN PERE BERTRAN I MARGARIT

Per Antoni Soler i Parellada

El testament d'en Pere Margarit ja fou localitzat als anys trenta per en Ricard Carreras i Valls que el donà a conèixer en un article seu publicat a la revista *La Notarí* (a). Es tracta, segurament, del document notarial més valuós que tenim pel que fa a la participació catalana en el segon viatge d'en Cristòfol Colom a Amèrica. En una de les seves clàusules en Pere Margarit suplica al rei Ferran una concessió per al seu fill Alfonso durant la seva absència arran del viatge que per ordre d'aquest ha de fer "apud Indiarum atque infidelium insulares partes tante magestate subiectas". El document fou atorgat a Barcelona el dia vint-i-cinc de juny de 1493 a la notaria de Pere-Vicenç de Mediona (b) i la lectura pública del testament s'esdevingué el dia 1 de desembre de 1498 (c) en una casa situada a prop del Carrer del Regomir (d) a instància de la vídua Maria Carrillo. Se'n lliuraren dues còpies a la vídua i una a l'hereu universal mossèn Joan Bertran així com també un trasllat de la clàusula d'herència universal a aquest darrer.

- (a) Carreras i Valls, Ricard. "Una troballa important. El testament de mossèn Pere Bertan Margarit" dins *La Notarí*, 1935, pp. 133-134
- (b) AHPB, Pere-Vicenç de Mediona, 227/2
- (c) Aquí cal corregir l'errada tipogràfica de l'article del senyor Carreras i Valls quan diu que la lectura pública del testament tingué lloc el dia 1 de desembre 1493
- (d) Entenem que aquesta casa és la mateixa que l'inventari de béns del pubill Joan Bertran diu que aquest "ha e posseheix en la ciutat de Barchinona en lo carrer qui no passa appel·lat d'en Buada qui obra en lo carrer per que hom va del carrer del Regomir al carrer d'en Simó Oller" essent l'expressió catalana de l'inventari "lo carrer qui no passa" equivalent a l'expressió llatina del testament "in quodam vico transitum non habente"

Regest

El cavaller de l'Orde de Santiago Pere Bertran Margarit, senyor de Castellempordà, ordena la seva darrera voluntat. Tria com a marmessors Gabriel Sánchez, tresorer reial, el seu pare Joan Bertran, cavaller domiciliat a Barcelona, Pere-Joan Ferrer, cavaller, la seva àvia Francina, vídua del cavaller Bernat Margarit, i la seva muller Maria Carrillo. Demana que l'enterrin a l'església parroquial de Sant Martí de Llaneres, a Castellempordà. Vol que dels seus béns es distribueixin mil sous barcelonesos per a maridar puel·les. Vol que es distribueixin entre els pobres els diners provinents d'aquella renda vitalícia de mil sous barcelonesos que el rei Ferran li concedí.

Lliura a la seva filla Caterina, monja no professa del convent de San Clemente de Toledo, cent lliures que s'hauran d'invertir en aquelles rendes que Juan Niño, regidor de Toledo, i la seva vídua Maria Carrillo, considerin adients. Aquestes rendes es lliuraran a Caterina un

cop hagi professat i no abans. Si Caterina mor abans de professar, vol que la meitat d'aquestes rendes siguin lliurades al convent i que l'altra meitat torni a la seva herència. Si Caterina mor havent ja fet professió de fe, llavors vol que aquestes rendes siguin lliurades íntegrament al convent.

Llega a la seva filla Constança, per raó de llegítima i de qualsevol altre dret a ella pertanyent en la seva herència, vint-i-dos mil sous barcelonesos, que vol que li siguin lliurats quan es casi i no abans. Aquest llegat es fa amb la condició que na Constança es casi amb el consentiment de mossèn Joan Bertran i de Maria Carrillo o bé d'aquell dels dos que sobrevisqui a l'altre. Si na Constança no es casés o ho fes sense el consentiment de mossèn Joan Bertran i de Maria Carrillo llavors vol que aquests vint-i-dos mil sous siguin per a l'hereu universal, romanent a la dita Constança cinquanta lliures. Si na Constança morís abans de casar-se o un cop casada, sense fills o amb fills menors d'edat, llavors vol que aquests vint-i-dos mil sous siguin lliurats al seu hereu universal. Si na Constança mor havent-se maridat i tenint fills en edat d'ordenar testament llavors es lliure de fer el que vulgui amb aquests vint-i-dos mil sous.

Llega al seu fill Lluís, per raó de llegítima i de qualsevol altre dret a ell pertanyent en la seva herència, vint-i-cinc lliures barceloneses i demana que sigui proveït de menjar, beure, calçat i vestit segons la seva condició.

Llega al seu fill Alfonso, per raó de llegítima i de qualsevol altre dret a ell pertanyent en la seva herència, vint-i-cinc lliures i demana que sigui proveït de menjar, beure, calçat i vestit segons la seva condició.

Llega altres vint-i-cinc lliures al seu fill Pedro.

Fa un altre llegat de vint-i-cinc lliures al fill que la seva muller porta a l'úter amb les mateixes condicions que els tres llegats anteriors. En el cas que sigui dona vol que esdevingui religiosa i que se li faci lliurament de cent lliures barceloneses que hauran de ser esmeçades en rendes amb el vistiplau de Juan Niño i de na Maria Carrillo o d'aquell dels dos que sobrevisqui a l'altre. El llegat es farà un cop hagi professat i no abans. Si mor abans de professar llavors vol que la meitat del llegat sigui per al convent i l'altra meitat per al seu hereu universal. Si mor havent ja professat llavors vol que aquest llegat sigui per al monestir.

De genolls suplica al rei Ferran que faci gràcia i concessió al seu fill Lluís d'una renda vitalícia de mil sous barcelonesos i que rebi com a familiar, domèstic i contino el seu segon fill, n'Alfonso, durant la seva absència arran del viatge que de voluntat del rei ha de fer a les Índies i illes dels infidels.

Lloa, aprova i ratifica la dot de dos-cents mil maravedís de la seva muller, Maria Carrillo, que li fou lliurada per la il·lustre senyora Elinor d'Aragó, duquesa de Vilaformosa, tal i com consta per instrument públic atorgat pel notari i secretari del duc de Vilaformosa, Molina. Lliura també a la seva muller, mentre aquesta visqui, l'usdefruit d'una casa que posseeix a la ciutat de Saragossa a prop de la porta Sanxo i del monestir dels dominics i de l'església de Santa Llúcia. Llega a la seva muller, mentre aquesta visqui, dos cents florins d'or d'Aragó. Vol que un cop morta la seva muller la casa i els dos-cents florins siguin lliurats al seu hereu universal.

Tots els altres seus béns, mobles i immobles, i drets qualsevols, lliura i concedeix al magnífic Joan Bertran, el seu pare, mentre aquest visqui, instituint-lo hereu universal. Si el dia del seu òbit el seu pare no visqués, o bé fos viu però no pogués ésser el seu hereu

universal aleshores el substitueix pel seu primogènit, Lluís, si llavors visqués. Si en Lluís no fos viu el dia del seu òbit o bé sí que ho fos però morís en edat pupil·lar sense fills o bé més endavant amb fills menors d'edat llavors el substitueix per n'Alfonso. Si n'Alfonso no fos viu el dia del seu òbit o bé fos viu però morís en edat pupil·lar sense fills o més endavant amb fills menors d'edat aleshores el substitueix per en Pedro. Seguint sempre aquests mateixos supòsits substitueix en Pedro pel fill que la seva dona està gestant en el cas que aquest fos mascle.

Finalment exclou de la seva herència els fills mascles que ingressin en algun orde religiós i els substitueix en la successió pel més proper.

Demana que d'aquest testament se'n lliurin tantes còpies com els interessats sol·licitin.

Aquest testament fou atorgat a Barcelona, a casa de l'honorable Miquel Ferrer al carrer Jussà de Sant Pere, el dia vint-i-cinc de juny de l'any 1493 i l'obertura i lectura pública a prec de la vídua Maria Carrillo s'esdevingué el dia 1 de desembre de l'any 1498 a la seva casa de prop del carrer del Regomir, amb presència de tres testimonis.

In Xpi nomine, amen (1), (2), (3). Ego Petrus Bertran Margarit miles ordinis milicie Sancti Jacobi de Spata dominusque castris vulgo vocati de Castellempordà siti in vicarie seu diocesis Gerundensis (4) filius magnifici viri domini Johannis Bertran militis domiciliati in Barchinone (5) et domine Constancie Margarit quondam eius uxoris sanus per Dei gratiam mentis et corporis in meo bono et pleno sensu cum firma loquela sana et integra memoria existens meum facio condo et ordino testamentum in quo eligo manumissores meos et huius mei testamenti ultime mee (6) voluntatis exeutores magnificos et circumspectos viros dominos Gabrielem Sanchez consiliarium et (7) tesararium generalem serenissimi domini regis, dictum dominum patrem meum, Petrum Johannem Ferrarii militem Barchinone domiciliatum, dominam Ffrancinam uxorem magnifici Bernardi Margarit quondam militis domiciliati in dictis vicaria et (8) diocesis Gerundensis aviam meam et dominam Mariam Carrilla, carissimam uxorem meam, (9) quos sunt carius possum deprecor eis que plenam dono et confero potestatem quod si me mori contigerit antequam aliud faciam vel ordinem testamentum ipsi omnes mei manumissores distribuunt, ordinent et exequantur hoc meum testamentum seu hanc meam ultimam voluntatem (10). Et si forsitan omnes dicti mei manumissores aut non poterint volo quod quatuor, tres, duo aut unus ipsorum omnium meam voluntate distribuunt, ordinent et exequantur seu distribuatur, ordinet et exequantur (11). In primis et ante omnia volo et mando quod omnia debita que die obitus mei debeant persolvantur et omnes iniurias ad quarum restitutionem tenear restituantur de bonis meis breviter simpliciter summarie et de plano secundum dominum Deum et forum anime prout tamen ipsa debita et iniurie probari poterint vel hostendi per testes vel instrumenta aut alia legitima documenta Eligo autem meo corpori sepulturam in ecclesia parochiali Sancti Martini de Laneres instituta in loco seu castro (12) de Castellempurdà (13) in cimiterio videlicet (14) in quo jacent predecessores mei quam sepulturam volo michi fieri bene et complete ad noticiam dictorum manumissorum meorum Et de bonis meis dimitto cuilibet dictorum manumissorum meorum pro onere manumissorie viginti solidos Item volo distribui de bonis meis per dictos meos manumissores mille solidos barchinonenses inter (15) puellas pauperes maritandas ad eorundem manumissorum meorum noticiam et

cognitione (16) ibidem eciam et erogari per eosdem meos manumissores inter pauperes alios qui sunt ad eorum (17) noticiam omne id quod michi debeatur de una annata tam de illis mille solidis de quibus serenissimi rex michi et de vita mea gratiam fecit quam de quitacione quam prefata (18) magestas sua clemencia ac (19) benignitate michi tanquam alumpno (20) et de domo sua concessit.

Item dimitto Caterine moniali Sancti Clementis civitatis Toletane ordinis Sancti Bernardi non dum professe (21) filie comuni michi et dicte domine uxori mee pro parte hereditate legitima paterna et materna et alio quovis (22) iure sibi (23) pertinenti in bonis meis et dicte uxoris mee et utriusque mei et ipsius insolidum quavis causa centum libras barchinonenses quas volo smerciari per heredem meum infrascriptum in illis redditibus de quibus (24) videbitur magnifico Joanni Ninyo rectori sive regidor civitatis Toleti ac dicte (25) domine uxori (26) mee (27) aut alterius eorundem qui supervixerit post obitum alterius Quosque cum empti fuerunt volo dari et assignari eidem filie mee (28) incontinenti cum ipsa (29) professa fuerit et non ante Et predicto legato sibi facio sub tali pacto, vinculo et condicione quod si ipsa (30) Caterina filia mea decesserit ante dictam professionem volo quod medietas dicti legati revertatur dicto monasterio residua altera medietate (31) in eodem casu ad hereditatem meam (32) revertente ubi vero (33) eadem Caterina filia mea facta jam professa decesserit quandocumque volo quod dicte centum libre seu smercium predictum revertatur dicto monasterio intellecto tamen quod antequam supradicta fiat assignacio (34) dicta filia mea cum instrumento unum et efficaciam habente habeat et teneatur definere omnibus iuribus sibi pertinentibus in hereditate mea et ipsius uxoris mee. Item dimitto Constancie domicelle filie comuni michi et dicte (35) uxori mee pro parte hereditate legitima paterna et materna et alio quovis (36) iure sibi pertinenti in bonis meis et dicte domine uxoris mee et utriusque mei et illius quavis causa viginti duos mille solidos barchinonenses quos volo sibi tradi per heredem meum infrascriptum cum viro nubserit et non ante interim vero stent in posse heredis mei universalis subscripti Et quovisque fuerit in matrimonio collocata volo illam provideri de bonis meis in cibo et potu calsatu et vestitu sanam et egram et aliis sibi necessariis (37) iuxta statum et condicionem suam in quibus eam michi (38) instituo Predictum legatum sibi facio cum talibus pacto (39) et condicione, videlicet, quod dicta Constancia filia mea habeat et teneatur se collocare in matrimonio de et cum expressis consensu et voluntate dicti domini patris mei ac dicte uxoris mee et alterius eorum qui supervixerit post obitum alterius Quodque si ipsa filia mea (40) contra supradictam meam ordinacionem venerit quovismodo in tali casu volo dictam / [fol. 1v] filiam meam carere dicto legato et ipso casu ad meam (41) hereditatem reverti Item sub tali pacto, vinculo et condicione quod si ipsa filia mea decesserit antequam fuerit in matrimonio collocata vel postea quandocumque sine filio seu filiis aut liberis de legitimo et carnali matrimonio procreatis vel (42) cum talibus uno vel pluribus quorum nullus ad etatem condendi testamenti pervenerit in dictis casibus et eorum quolibet volo dictos XXII millia solidos reverti heredi meo universali subscripto retentis eidem Constancie (43) in eosdem casibus et quolibet illorum (44) L libris de quibus possit testari et suas omnimodas voluntates facere (45) ubi vero dicta Constancia filia mea decesserit quandocumque cum dictis filio seu filiis aut liberis possit testari et aliis suas omnimodas voluntates facere de omnibus supradictis XXII millia solidos.

Item prelego (46) Lodovico filio comuni michi et dicte domine uxori mee pro parte hereditate legitima paterna et materna et alio quovis iure sibi pertinenti in bonis meis et

dicte uxoris mee et utriusque mei et ipsius quavis causa XXV libras barchinonenses in quibus eum michi instituo et quovisque fuerit sibi traditum dictum legatum volo illum providere in cibo et potu, calsatu et vestitu sanum et egrum et aliis sibi necessariis (47) iuxta statum et condicionem suam.

Item dimitto Alfonso filio comuni michi et dicte uxori mee pro parte hereditate legitima paterna et materna et alio quovis iure sibi pertinenti in bonis meis (48) et dicte uxoris mee et utriusque mei et ipsius quavis causa alias XXV libras barchinonenses et quovisque fuerit sibi traditum dictum legatum volo dictum filium meum provideri in cibo et potu, calciatu et vestitu sanum et egrum et aliis sibi necessariis (49) iuxta statum et condicionem suam in quibus eum michi (50) instituo.

Et simile legatum (51) de aliis XXV libris facio Petro filio comuni michi et dicte uxori mee sub illis modis et formis et prerogativis (52) quibus extitit proxime dictum legatum factum dictis Lodovico et Alfonso.

Ibidem autem facio simile legatum de aliis XXV libris pregnatui quem dicta uxor mea in utero suo gerit si unius ad lucem venerit et masculus fuerit sub illis et similibus modis et (53) formis (54) quibus alia legata fuerunt facta dictis Lodovico, Alfonso et Petro (55) filiis meis Et si femina fuerit illam collocari in (56) ordine alicuius religionis sive monasterii (57) eo in casu dimitto sibi centum libras barchinonenses quasque volo smerciari per heredem meum infrascriptum in redditibus ad noticiam supradictorum Joannis Ninyo et dicte uxoris mee et alterius eorum qui tunc supervixerit Et cum empte fuerunt volo illos assignari eidem filie mee (58) incontinenti cum fuerit professa in dicto monasterio et predictum legatum sibi facio sub tali vinculo videlicet quod si ipsa filia mea decesserit ante dictam professionem quod medietas dicti legati remaneat penes (59) illud monasterium in quo dicta filia ingressa fuerit et residua medietas revertatur heredi meo universali subscripto ubi vero ipsa filia mea decesserit facta iam professa in eadem monasterio eo casu dictum legatum sit et aplicetur dicto monasterio pro ipsius (60) monasterii voluntatibus (61) libere faciendis intellecto tamen quod antequam supradictam fiat assignacio dicte filie mee ipsa filia mea cum instrumento unci et efficaciam habente habeat et teneatur definire hereditate mee necnon et ipsius uxoris mee in (62) omnibus iuribus paternis et maternis. / [fol. 2r]

Preterea facta (63) commemoracione de supradictam gracia mille solidos annualium per (64) serenissimi dominum regem (65) michi vita mea durante et non alia (66) (67) cum presenti suam prefatam magestatem genuflexis osculatisque manibus (68) et modo quo decet suplico exhoroque ut (69) similem gratiam ac dictorum mille (70) [solidos] (71) dicto Lodovico filio meo sua benignitate concedere dignetur (72) necnon quitacionem predictam (73) quam a sua magestate hucusque solitus sum accipere impendere velit (74) supradicto Alfonso meo secundo genito eumque in obsequiis sue serenitatis recipiendo aliorum familiarium et domesticorum congregando ut mea ausencia qua iter arripio mandato sue celsitudinis apud Indiarum atque infidelium insulares partes tante magestate (75) subiectas valeat apud suam curiam continuo insudare.

Preterea laudo et (76) approbo, ratifico et confirmo dicte domine Marie Carrilla carissime uxori mee dotem suam que est ducenti mille maravediz monete Regni Castelle quam ab ea sive pro ea habuisse et recepisse confiteor ab illustri dopnam Elienore d.Aragon duchissa Ville Ffermose prout in instrumentis receptis sub diebus et anno in eis contentis in posse discreti [en blanc] Molina notarii habitatoris ville de Madrit archiepiscopus Toletani

secretariusque illustri domini ducis de Villafermosa bone memorie hec et alia lacius sunt contenta.

Item dimitto eidem uxori mee de (77) vita sua naturali tamen usufructum tocuis illius hospicii cum orto quod ego habeo et possideo in civitate Seserauguste quodque situm est (78) prope portam vulgariter nominatam la porta Sanxo et prope monasterium (79) fratrum predicatorum et ecclesiam Sancte Lucie.

In super eciam legatum facio iamdicte uxori mee de vita sua naturali tamen de ducentis florenis auri comunibus de Aragonia post obitum vero suum volo dictum hospicium et CC florenos reverti hereditati mee infrascripte.

Omnia (80) vero alia bona mea mobilia et immobilia iura et actiones meas quascumque quecumque sunt et eciam ubicumque dimitto et concedo supradicto magnifico viro domino Johanni Bertran patri meo de vita sua naturali tamen instituens dictum dominum patrem meum de eius vita naturalis tamen michi heredem universalem; verum si forsam dictus dominus pater meus die obitus mei non vixerit vel vixerit sed heres meus universalis non fuerit eo quia voluerit vel non potuerit aut michi heres universalis fuerit sed decesserit quandocumque in dictis casibus et eorum quolibet substituo sibi et michi heredem instituo supradictum Lodovicum filium comunem michi et supradicte uxori mee si tunc vixerit Et si dictum filius meus tunc non vixerit vel vixerit sed heres meus non erit eo quia volit vel non possit aut michi heres erit sed decesserit in pupillari etate vel eciam postea quandocumque sine filio seu filiis aut liberis masculini vel femenini sexus legitimi et carnalis matrimonii vel cum talibus uno vel pluribus quorum nullus ad etatem condendi testamentum pervenerit, in dictis casibus et eorum quolibet substituo sibi et michi instituo (81) dictum Alfonsum filium meum fratremque suum si tunc vixerit Et si forsam dictus Alfonsus filius meus tunc non vixerit vel vixerit sed heres / [fol. 2v] meus non fuerit eo quia voluerit vel non potuerit aut michi heres fuerit sed decesserit in pupillare etate vel eciam postea quoandocumque (82) sub dicta forma hoc est sine filio seu filiis aut liberis masculini vel femenini sexus legitimi et carnalis matrimoni aut cum talibus vel pluribus quorum nullus ad etatem condendi testamentum pervenerit (83), in dictis casibus et eorum quolibet substituo sibi et michi instituo supradictum Petrum (84) filium comunem michi et dicte uxori mee si tunc vixerit et si tunc non vixerit vel vixerit sed (85) heres meus non fuerit eo quia voluerit vel non potuerit aut michi heres fuerit sed decesserit in pupillari etate vel eciam postea quandocumque sub dicta forma in dictis casibus et eorum quolibet substituo sibi et michi instituo pregnatum supradictum quem (86) dicta uxor mea (87) ut predicatur in utero suo gerit si masculus fuerit ipsum pregnatum masculum eodem in casu instituendo et predictis omnibus patri et filiis meis substituendo.

In predictis autem institutionibus et substitutionibus volo comprehendi illum seu illos qui sint vel fuerunt in sacris vel in ordine alicuius religionis ymo tali casu volo (88) illum seu illos tales ad successionem dicte mee hereditatis devenire sed illam venire ad sibi proxime substitutum vel substitutos qui non sit vel non sint in sacris vel in ordine alicuius religionis. Hec est autem ultima voluntas mea (89) quam volo valere iure testamenti Et si force non valet aut valere non poterit iure testamenti saltem volo quod valeat et valere possit iure codicillorum vel nuncupativi aut iure eciam cuiuslibet alterius ultime voluntatis qua melius valere possit et tenere de qua mea testamentaria ordinatione volo fieri originali testamenta quot inde fieri petantur per illos quorum intersit per notarii infrascriptum.

Actum est hoc Barchinone signanter in domo habitacionis honorabilis Micaelis Ferrarii domicelli (90) sita (91) in Vico Inferiori de Sancto Petro XXV^a die junni anno a nativitate Domini millesimo CCCC^o nonagesimo tercio Sig+num Petri Bertran Margarit testatoris predicti quod hoc meum testamentum quod est ultima voluntas mea laudo et firmo. Testes rogati huius rei sunt dictus (92) honorabilis Michael Ferrer domicellus domiciliatus Barchinone et Johannes de (93) comorans pro scutifero cum supradicto magnifico (94) Petro Johanne Ferrarii (95) manumissore suprascripti. / [fol. 3v]

Ffuit publicatum huius testamentum dicte domine Marie Carrille uxori dicti defuncti manumitrici una et insolidum cum aliis hic nominatis in eius domo sive pousata que sita est satis prope Vicum de Regumerio in quodam vico transitum non habente die prima decembris anno a nativitate Domini M^o CCCC^o LXXXVIII^o presentibus testibus Raphaele Porcell et Petro Serra et Blasio Mestre omnibus fabris civibus Barchinone.

- (1) Al marge esquerre, Clausum traditum unum dicte domine Marie Carrilla manumitrici et dicto Lodovico eius filio
- (2) Al marge esquerre, Clausum traditum aliud dicte domine Marie Carrille nomine et pro parte dictorum eius filiorum
- (3) Al marge esquerre, Fuit datum translatum in papiro dicto Johanni Bertran patri et heredi predicto
- (4) Al marge esquerre, dominusque castri vulgo vocati de Castellempordà siti in vicarie seu diocesis Gerundensis
- (5) Segueix diocesis Gerunde, cancel·lat
- (6) mee, interlineat
- (7) consiliarium et, interlineat
- (8) in dictis vicaria et, interlineat
- (9) Segueix et quatuor, tres, duo aut unum eorum in ausencia vel defectu alius seu aliorum eorundem, cancel·lat
- (10) quos sunt carius possum deprecor eisque plenam dono et confero potestatem quod si me mori contigerit antequam aliud faciam vel ordinem testamentum ipsi omnes mei manumissores distribuant ordinent et exequantur hoc meum testamentum seu hanc meam ultimam voluntatem
- (11) Al marge superior, Et si forsam omnes dicti mei manumissores aut non poterent volo quod quatuor, tres, duo aut unus ipsorum omniam meam voluntate distribuant, ordinent et exequantur seu distribuat, ordinet et exequatur
- (12) seu castro, interlineat
- (13) Segueix sito in diocesis predicta, cancel·lat
- (14) videlicet, interlineat
- (15) Segueix illas, cancel·lat
- (16) Segueix de quibus eisdem videbitur, cancel·lat
- (17) Segueix manumissorum meorum, cancel·lat
- (18) prefata, interlineat i escrit damunt sua, cancel·lat
- (19) sua clemencia ac, interlineat
- (20) alumpno, interlineat

- (21) non dum professe, interlineat
- (22) quovis, interlineat i escrit damunt quolibet, cancel·lat
- (23) sibi, interlineat i escrit damunt michi, cancel·lat
- (24) Segueix vobis, cancel·lat
- (25) dicte, interlineat
- (26) uxori, interlineat i escrit damunt matri sue uxorique, cancel·lat
- (27) Segueix predicte, cancel·lat
- (28) filie mee, interlineat
- (29) ipsa, interlineat i escrit damunt dicta filia mea, cancel·lat
- (30) ipsa, interlineat i escrit damunt dicta, cancel·lat
- (31) Segueix ad me rever-, cancel·lat
- (32) hereditate mea, interlineat i escrit damunt me, cancel·lat
- (33) Segueix d-, cancel·lat
- (34) Segueix h-, cancel·lat
- (35) Segueix quondam, cancel·lat
- (36) et alio quovis, interlineat i escrit damunt et alio quolibet, cancel·lat
- (37) et aliis sibi necessariis, interlineat
- (38) Segueix heredem universalem, cancel·lat
- (39) Segueix vinculo, cancel·lat
- (40) mea, interlineat
- (41) meam, interlineat i escrit damunt dictam, cancel·lat
- (42) procreatis vel, interlineat
- (43) Segueix de, cancel·lat
- (44) et quolibet illorum, interlineat
- (45) facere, interlineat
- (46) prelego, interlineat i escrit damunt dimitto dicto, cancel·lat
- (47) et aliis sibi necessariis, interlineat
- (48) Segueix quovis, cancel·lat
- (49) et aliis sibi necessariis, interlineat i escrit damunt ad usum et consuetudinem
Barchinone, cancel·lat
- (50) Segueix heredem, cancel·lat
- (51) Segueix fa-, cancel·lat
- (52) et prerogativis, interlineat
- (53) et, interlineat
- (54) Segueix et prerogativis, cancel·lat
- (55) Petro, interlineat i escrit damunt Alfonso, cancel·lat
- (56) illam collocari in, interlineat i escrit damunt eo in casu dimitto sibi C et ingressa fuerit
in, cancel·lat
- (57) sive monasterii, interlineat
- (58) Segueix cum, cancel·lat
- (59) Segueix dicti mo-, cancel·lat
- (60) Segueix suis, cancel·lat
- (61) Segueix inde, cancel·lat
- (62) in, interlineat
- (63) facta, interlineat

- (64) de supradictam gracia mille solidos annualium per, interlineat
- (65) Segueix concessisse, cancel·lat
- (66) alia, interlineat
- (67) Segueix per suam serenitatem michi facta mille solidos annuales, cancel·lat
- (68) osculatisque manibus, interlineat
- (69) Segueix ipsam, cancel·lat
- (70) ac dictorum mille [solidos], interlineat
- (71) Segueix penes filio, cancel·lat
- (72) Segueix necnon de dictis mille solidis, cancel·lat
- (73) predictam, interlineat
- (74) Segueix Alfonso, cancel·lat
- (75) Segueix Deo duce, cancel·lat
- (76) et, interlineat
- (77) Segueix tota, cancel·lat
- (78) Segueix satis, cancel·lat
- (79) Segueix monasterium, cancel·lat
- (80) Al marge esquerre, Huius universali herencia fuit factum translatum auctenticum traditum Johanni Bertran
- (81) Segueix Alfonsum, cancel·lat
- (82) Segueix sine, cancel·lat
- (83) pervenerit, interlineat
- (84) Al marge esquerre, Petrum
- (85) Segueix decesserit, cancel·lat
- (86) Segueix in utero, cancel·lat
- (87) Segueix in, cancel·lat
- (88) Segueix volo, cancel·lat
- (89) Segueix et cetera, cancel·lat
- (90) Segueix que, cancel·lat
- (91) Segueix est, cancel·lat
- (92) Al marge esquerre, huius rei sunt dictus
- (93) Estripat
- (94) Segueix cum supradicto magnifico, interlineat damunt honorabilis, cancel·lat
- (95) Segueix milite Barchinone domiciliato, cancel·lat